



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De rege: & quòd pro eo preces ad Deum adhibendæ sint. cap. Ixii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMASCENI

*Nat. 7. Orat. de seip.* Imperatores honorem purpura habere. nam legislatoribus quoque leges prescribimus. **F** Agnoscite quantum id sit, quod vestrae fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis vniversus manū vestrae subiectus est, diademate paruo, atque exiguo pāno re- tentus. Superna solius Dei sunt: inferna & Dei sunt, & vestra. Subditis vestris Deos vos praebe: (liceat enim audacius aliquid dicere.)

*Prou. 21.* Cor regis in manu Dei est, vt Scriptura testatur, ac fidem facit. Hic imperium ve- strum sit, non autem in auro & exercitiis. Aulici proceres, ac sublimibus thronis & di- gnitatibus insignes, ne honorum amplitudine ac potentia insolefcatis, nec de mortalibus rebus quasi immortalibus cogitatis. Fidem Imperatoribus seruate: sed prius Deo, propter quem & his, quibus commissi & traditi estis.

*Chrysof.* Regnum terrenarum rerum asperitates planas & aquabiles reddit. Quiuis rex in- G stus sacerdotalem ordinem habet.

DE REGE NON ADMODVM LAV-  
dato. CAP. LXI.

*Prou. 28.*



**R**ex temerarius incidet in mala. Rex qui indiget prouenti- bus, magnus calumniator est. Rege audiente verbum ini- quum, omnes ipsius subditi iniqui sunt.

*Eccl. 10.*

Va tibi ciuitas, cuius rex puer est: & principes tui manē co- medunt.

*Sap. 6.*

Sceleris perpetratio euertit thronos principum. Audite **H** ergo reges, & intelligite, discite, iudices finium terrā. Praebete aures vos, qui cōtinētis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Quo- niam data est vobis à Domino potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniā cūm essetis ministri regni illius, non rectē iudicastis, nec custodistis legem iustitiā, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendē & citō apparebit vobis: quoniam iudiciū durissimum in his, qui prēsunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia: potentes autem po- tenter tormenta patientur.

*Eccl. 8.*

Multos perdidit aurum & argentum: & cor regis declinare fecit. Rex insi- **I** piens perdet populum suum.

*Phil.*

Stultorum nullus rex est, quamuis alioqui totius terrae ac maris imperio potiatur: verum salus vir probus, ac Deo charus.

DE REGE: ET QVOD PRO EO PRE-  
ces ad Deum adhibendae sint. CAP. LXII.

*Exod. 22.*

*Iob. 34.*

*Eccl. 10.*

*Prou. 24.*

*Mat. 2.*

*1. Tim. 2.*



**I**s non detrahes: & principi populi tui non maledices.

Impius est, qui dicit regi, Iniquē agis.

Scienter regi ne maledicas: quia aues cœli portabūt vocem tuam.

Fili, Deum time, & regem: & neutri horum reluctare. **K**

Videntes Magi stellam, gauisi sunt, & obtulerunt munera, &c.

Obsecro vos primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in subli- mitate sunt. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo.

DE CONSILIO: ET QVOD OMNIA  
cum consilio & consideratione facienda sint.  
CAP. LXIII.

Sicut